

## **Salve Regína/Hail Holy Queen**

Salve, Regína, mater misericordiae, vita, dulcedo, et spes nostra, salve.  
Ad te clamamus exsules filii Hevae. As te suspiramus, gementes et  
flentes in hac lacrimarum valle. Eia, ergo, advocata nostra, illos tuos  
misericordes oculos ad nos converte. Et Iesum, benedictum fructum  
ventris tui, nobis post hoc exsilium ostende. O Clemens, O pia, O  
dulcis Virgo Maria.

V. Ora pro nobis, sancta Dei Géntrix.

R. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Orémus:

Deus, cuius Unigenitus per vitam, mortem et resurrectiōnem suam  
nobis salutis æternæ præmia comparavit, concéde, quæsumus: ut  
hæc mysteria sacratissimo beatæ Mariæ Vírginis Rosario recolentes,  
et imitémur quod cõtinent, et quod promittunt assequámur. Per  
eundem Christum Dóminum nostrum. Amen.

~ † ~

## **The Prayers of the Rosary In Latin**

### **The Sign of the Cross**

In Nominе Patris, † et Filiо, et Spíritus Sancti. Amen.

### **The Credo**

Credo in Deum Patrem omnipoténtem, Creatórem cœli et terræ. Et in  
Iesum Christum, Fílium eius únicum, Dóminum nostrum, qui  
conceptus est de Spírito Sancto, natus ex María Vírgine, passus sub  
Póncio Piláto, crucifixus, mórtuus, et sepultus, descendit ad íferos,  
térla die resurréxit a mórtuis, ascéndit ad cœlos, sedet ad dexteram  
Dei Patris omnipoténtis, inde venturus est iudicare vivos et mórtuos.  
Credo in Spíritum Sanctum, sanctam Ecclésiam cathólicam,  
sanctorum communiónem, remissiónem, peccatórum, carnis  
resurrectiōnem, vitam æternam. Amen.

### **Pater Noster/Our Father**

Pater Noster, qui es in cœlis, sanctificétur nomen tuum. Advéniat  
regnum tuum. Fiat volúntas tua, sicut in cœlo et in terra. Panem  
nostrum quotidiánum da nobis hodie. Et dimítte nobis débita nostra,  
sicut et nos dimítimus debitóribus nostris. Et ne nos indúcás in  
tentatiōnem: sed líbera nos a malo. Amen.

### **Ave María/Hail Mary**

Ave María, grátia plena, Dóminus tecum; benedicta tu in muliéribus,  
et Benedictus fructus ventris tui, Iesus. Sancta María, Mater Dei, ora  
pro nobis peccatóribus, nunc et in hora mortis nostræ. Amen.

### **Glória Patri/Glory Be**

Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto. Sicut erat in princípio, et nunc,  
et semper, et in sæcula sæculórum. Amen.

### **The Fatima Prayer**

Mi Iesu, indúlge peccáta nostra, consérva nos ab inge inféreni, duc  
omnes ad cœli gloriā, præcipue tua misericordia máxime egéntes.  
Amen.